





*G. 26. n. m. N.* 9  
DISPVATATIO JVRIDICA IN AVGVRALIS,

DE

1727. 5.  
AB

# ARRESTO REALI,

QVAM

DEO PRAESENTE

EX DECRETO

AMPLISSIMI ET EXCELENTISSIMI

JVRISCONSVLTORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA MARBVRGENSI ILLVSTRI,

## Pro LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA  
RITE OBTINENDI,

PROCERVM ACADEMICORVM  
EXAMINI ET DISQVISITIONI

SUBMITTIT

JOH. CHRISTIAN. WACHTER,  
CONSILIARIUS AVLICVS PALAT.  
AD DIEM SEPTEMB. MDCCXXVII.

MARBVRGI CATTORVM,  
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYPOD.



**DE O,  
ELECTORI,  
ET  
PATRONIS,**

*SACRVM.*

400 3 000

a. w.

## PRAEFATIO.

Uamvis haud pauca Beneficia  
Juris extent, quibus L. L. La-  
tores creditoribus, de suo cre-  
dito periclitantibus, succur-  
rere, & defraudantium mal-  
gnitatem compescere volue-  
re; Tamen in hac tam dura, quam iniqua  
temporum conditione, creditores, vel bra-  
cteata pompa, ac felicitate, vel bonorum,  
quæ habere gloriantur, oppignorationibus,  
circumductos esse videmus. Quam ob rem  
novum aliud remedium saluberrimum in u-  
tilitatem creditorum, (quod in Latio arre-  
stum, Germanice autem **Kummer** vocatur)  
consuetudine est introductum, de quo in hac  
Disputatione, Numine non renuente, plura  
proferam. Fateor interim ingenue, mihi ne-  
que CARPZOV, neque BRVNDEM. <sup>1717</sup> ades-  
se, ideoque illis, quæ Tuæ opinioni, B. L. ali-  
quo modo haud consentanea esse videantur,  
benigniorem limam intenderes. Vale, Fave-  
que.

AVCTORI.



## CAP. I.

E. Arresti hujus naturam penitus contemplaturus, illotis quasi manibus aggredi coner, & omisso principio ad cetera pertractanda me accingam, opera pretium fore existimo, denominationi reali, nominalem præmittere, quippe quæ sequentibus omnibus longe evidentiorem præstabit intellectum. Ceterum in quærendo hujus vocabuli fonte, variis variam sequuntur viam auctores: Plerique ex Gallia promanare statuant, COLER. in præf. træt. de P. E. n. 34. & P. I. C. 2. n. 184. MÜNCH. in træt. de Arrest. c. 1. n. 6. Verum ait fatis accurate, aliis ad rationis trutinam perpendendum relinquo.

Si mihi rectius esse videtur, hoc verbum, quatenus significat interdictum, ne res loco vel statu suo moveatur, profluit ab illo Græco ἀρέσον, quod in Latio idem est, ac Placitum, de quo auctores, pro stabilienda MÜNCHII sententia, loquuntur. COCCET. Jur. Controv. L. XVI. T. 3. Qu. 21.

Alii id deducunt à verbo AD, & RESTARE, quod rema-

❀❀ 5 ❀❀

remanere, residere, immorari, sive remorari significat: Ego in terminis Etymologiæ versans, hæc tolerare possum, cum hæc derivationes non adeo absconæ, & cum re aliqua ex parte sint convenientes.

§. I.

Arresti vocabulum, prout in Foris, & Judiciis accipitur, ex illorum numero est, quæ ambiguam fovent significationem. Sumitur enim vel sensu laxiori, & aliquo modo improprie, ita ut etiam sequestrum suo ambitu contineat, uti post COLER. in P. E. p. 1. c. 2. n. 184. & GAIL. de Arrest. Imp. c. 1. n. 3. docet CARPZOV. p. 1. c. 30. D. 1. n. 67. vel strictiori, & magis proprie, in quantum lequestro contradistinguitur, COCCEL loc. cit. BERL. p. 1. C. 74. & seqq. CARPZ. p. 1. c. 29. D. 1. & seqq. de quo posteriori in praesenti nobis sermo.

## C A P. II.

§. I.

OMNEM definitionem in jure nostro esse periculosam ex l. 102. de R. I. PHILIP. MATH. Comment. ad h. l. l. 6. d.. his, qui sui, vel al. jur. notissimum est, quocirca haec in parte Arresti nostri Descriptionem præcipue ex Jure Saxonico, proposuisse sufficiat. Interim tamen in explicatione differentiam Juris Communis, annotabo. Descriptio vero sequentem se habeat in modum: Arrestum est, quo Judex competens aditus, Creditori de suo credito periclitanti, in bonis Debitoris, Privilegium Juris realis, taciti pignoris, & præventionis, facta legitima denunciatione, in quantum de Jure, tribuit.

A 3

Dixi,

Dixi, quo Judex Competens aditus: idque propterea, quia Creditor hac in parte, sibi ipsi Jus dicere nequit, *l. 7. C. de vi publ. MENOCH. remed. 5. recup. poss. Nov. 60. c. 1. & arg. C. conquer. X. de rest. spol. L. prob. C. de Jur. fisc. l. extat, quod met. caus.* nec propria auctoritate pignus tacitum in bonis Debitoris constitueret valet, sed desuper Judicem Competentem adire tenetur, qui Arrestum, modo prius debitum, & Debitorum non amplius esse solvendo, a creditore summaria probatione fuerit ostensum, *LYNCK. C. 3. Dec. 219.* concedere debet. *BERL. p. 1. C. 74. n. 165.*

Adjicitur porro: Creditori de suo credito periclitanti: quo ipso innuitur, hoc Arrestum non cuilibet creditorum competere, sed illi tantum, qui vel ob inopiam Debitoris, *HAMMELIVS de aft. c. 21. n. 18.* vel ob plurimalitatem Concreditorum, vel ob fugam Debitoris, *FRANCIC. CVRT. in Tract. de sequest. q. 7. l. 24. de pign. MENOCH. remed. 5. adipisc. poss. CARPZ. p. 1. C. 29. D. 7. HAMM. cit. loc. n. 13.* in periculo amittendi crediti constitutus est *L. ait PRÆTOR. I. si debtor, quæ in fraud. credit. JACOB. CVIAC. in l. extat., quod met. caus.*

Dicitur ulterius: in bonis Debitoris: ad excludendas illas res, quæ sunt extra illius bona, & quas, forte ex alia causa, ad trantferendum dominium minus habili, ut sunt commodata &c. detinet, de quibus infra plura dicam.

Apponitur etiam: Privilegium Juris realis: ad differentiam Privilegiorum, seu Juris personalis, quod personæ inhæret, *l. 68. & l. 196. de R. l. 1. I. ult. de Constit. Princ.* cum ex opposito privilegium jure Arresti acquisitum

quisitum, more aliorum realium transmittatur ad hæredes, LAUTFRB. in Comp. Jur. ad ff. de Constit. Princ. COLER. de P. E. p. 1. C. 2. n. 175. & per cessionem ad aliud transferri possit, CARPZ. p. 1. C. 29. D. 8. n. 3. modo Consensus Judicis Arrestum Concedentis acceſſerit.

Taeiti pignoris, & prævent. idque ad experimentum potissimum effectum, quem habet secundum jus Saxonum, qui in eo consistit, ut ratione hujus pignoris taciti, quod Arrestans in bonis Arrestatis, obſervatis obſervandis, consecutus est, omnibus Creditoribus, posteriorem hypothecam habentibus, præferatur, COLER. p. 2. p. 1. C. 2. n. 179. & p. 2. C. 3. n. 396. de quo infra plura.

Dicitur ulterius: facta legitima denunciatione: Quæ verba ideo adjicio, ut ostendam, Arrestum suum non prius sortiri posse effectum, quam illud legitime sit denunciatum CARPZ. p. 1. C. 29. D. 2.

Subjicitur tandem: in quantum de jure tribuit. Quæ formula officium Judicis Arrestum concedentis respicit, qua mediante Judex Arrestans jus pignoris non absolutum, sed hypotheticum, scilicet, si postea aliud non appareat, vel etiam ipse Debitor, vel alias justam & legitimam contradicendi Causam haud habeat, concedit COLER. loc. cit. pag. 169. Quamvis enim Judex regulariter non debeat interponere auctoritatem suam cum hac clausula, sed antea merita cause discutere tenetur: Interim tamen ob periculum in mora, quod allegat, & aliquo modo demonstrat Arrestans, hæc formula tanquam superflua. l. 94. de R. J. l. 65. de V. O. admittitur FIBIG. in prob. part. spec. C. 1. m. 2. f. 2. c. 2. n. 4.

## §. II.

Hoc Arrestum reale non incongrue, ab objecto, dividi potest in universale, & particulare: quæ divisio fundata est in *Ord. Sax. Proc.* tit. 48. Illud omnia bona debitoris, & præsentia, & futura afficere dicitur. Licet enim de hoc juris punto D. D. antea multum disceptaverint, aliis id affirmantibus, BRUNN. ad l. 18. n. 4. & s. de pignor. a. 7. CARPZ. l. 1. R. 45. n. 11. & seqq. HOFFMANN. de jur. rer. individ. c. 3. aph. 3. n. 10. Chemnit. de jur. prelat. pag. mihi 49. n. 290. Job. Philipp. Dec. 27. obs. 1. n. 15. BRUNN. in proc. cone. credit. c. 5. §. 49. TREUTL. vol. poster. Dip. 1. ib. 2. & ibi alle-  
gat. LL.

Aliis id negantibus, propterea, quia citatae leges, ut l. 1. de pign. & hypoth. & l. 21. qui pot. in pign. hab. loquuntur de hypotheca conventionali, quæ sua natura favorabilis est, ideoque extendenda, non autem de Arresto, quod odiosum, & restringendum ob C. odia X. de R. J. in 6to l. 20. de R. J. GAIL. de Arresto imper. c. 1. n. 7. hæc exceptiones autem refelluntur per gloss. lit. g. ad l. ult. c. de praetor. pign. ubi legimus, argumentum ab hypotheca conventionali, ad prætoriam valere, vid. quoque CARPZ. p. 1. c. 29. D. 36. hodie autem per ordinat. proc. opinio prior est confirmata. Hoc vero, nempe particularē, ad certas bonorum species est re- strictum. COLER. in P. E. p. 3. c. 11. n. 68. CARPZ. p. 1. c. 29. D. 35. Berl. p. 1. c. 74.

CAPVT

## CAPUT III.

§. I.

**A**nte omnia Judex ponderet, an sibi etiam in causa competat jurisdiction, & si se incompetentem agnoscit, actorem a judicii limite repellat: sufficit autem quoad presentem materiam, bassa, quippe ad quam omnes causae civiles, & pecuniae pertinent BERL. p. 1. C. r. n. 11. Modeft. Pift. p. 1. q. 64. BRUNN. proc. Crim. C. 2. n. 22. ZANGER. tratt. de Except. p. 1. C. 1. n. 36. Ille enim Judex, qui alta Jurisdictione munitus est, pro decernendo arresto implorari nequit; Aliud tamen est, si superior eam non privative, sed cumulative concesserit: hoc sane in casu arbitrio creditoris relinquitur, an huic illum präferre velit COLER. P. E. p. 2. C. 1. n. 12. CARPZ. p. 1. C. 29. D. 17. n. 5. quando autem Jurisdictione cumulative vel privative concessa censetur, tradit BERL. p. 1. c. 2., & STRYCK. exam. Jur. F. c. 9. q. 20.

Hic Judex prævia circumstantiarum pensitatione ad instantiam Creditoris Arrestum vel decernit, (quod probandis probatis facere debet, alias enim ad interesse tenetur COLER. P. E. p. 1. c. 2. n. 116. CARPZ. p. 1. c. 29. D. 24. & l. 2. tit. 5. R. 67. n. 7. & 8.) vel recusat, si scilicet Creditor in nullo periculo est constitutus. Adversus enim Judicem sine justa Causa Arrestum decernentem datur actio injuriarum, & contra Arrestum eadem actio, ac de damno causato, Juramentum minutionis autem non admittitur, BERL. p. 1. Dec. 89. Fibig. in proc. p. Spec. c. 1. m. 2. sect. 2. c. 2. n. 3. Ratio consistit in eo, quod vis aut expulsiva, aut ablativa præcedere debeat NAVIUS tratt. de jura ment. p. 3. c. 6. §. 2. Judicem quod attinet, putant CARPZ.

B

p. 1.

p. 1. c. 29 D. 25. & COLER. P. E. loc. cit. Illum actionis tela elidere posse, Arrestum non absolute, sed sub clausula, in quantum de jure, concedendo, cautionemque de se indemnam servando, & expensis in casum succumbentiae, una cum omni intereste refundendis exigendo, quam creditor omnino vel fidejussoribus, BRUN. cent. 4. D. 30. pr. vel pignoribus, vel denique, si homo tenuioris fortunae est, juramento praestare debet, CARPZ. c. diet. D. 16. COCEI jur. Controv. l. 16. tit 3. q. 23. Bergerus tamen in *œconomia juris* l. 4. tit. 30. §. 3. n. 4 non immerito hanc cautelam lubricam praedit, valida ratione adductus, quia Judex contra leges procedens, in re illicita versatur, & sibi imputet, quod antea merita cause non melius ponderaverit.

### §. II.

Requiritur ulterius, ut Arrestandus, sub judice, apud quem Creditor pro decernendo Arresto instat, fori sortiatur: ubi tres fori species potissimum sunt observanda: Forum nimurum Domicilii, rei sitæ, id e. ubi debitör cum re, aut sola res invenitur, ut post LYNCK. c. 3. dec. 219. ZANG. in tract. de Except. p. 2. c. 1. n. 268. elegantissime docet, & denique Forum Contractus, CARPZ. p. 1. c. 30. D. 12. SIRYCK. annot. ad Colleg. LAUTERB. ad tit. de judic. pag. m. 191. HAMM. ad tit. inf. de Act. cap. 21. n. 6. Quodsi Arrestans in aliquo foro Arrestum generale impetraverit, illud omnia omnino bona, quam late patet judicis jurisdictio, sive sint mobilia, sive immobilia, sive allodialia, sive feudalia (Feudi substantia excepta, de qua infra) afficit, CARPZ. loc. cit. D. 22. Unum adhuc notatu dignum occurrit, Arrestum generale in foro Domicilii impetratum mobilia

bilia etiam extra judiciis territorium, contra dispositio-  
nem I. ult. de jurisdictione afficere, quia haec personæ  
adhærere censentur, arg. L. 7. de R. J. Hoc vero ad im-  
mobilia non extendendum, quæ non afficiuntur, nisi  
Arrestum in Foro rei sitæ CARPZ. p. 1. c. 29. D. 19. aut  
in supremo Principis Judicio, quod tamen tunc demum  
fieri potest, quando Debitoris bona in pluribus foris si-  
ta sunt, Ord. proc. Sax. tit. 51. §. Wann aber ic. sit  
imperatum. CARPZ. cit. loc.

## §. III.

Iudex competens pro decernendo Arresto quo cum-  
que tempore adiri potest, sive id fiat die juridico, sive  
feriato, FISIG. part. spec. c. 1. m. 2. S. 2. pag. 427. Quam-  
vis enim ea, quæ sunt jurisdictionis contentiose, cui  
etiam Arrestum annumeratur, MOLLER l. 3. S. 44. n. 5.  
die feriato expediri prohibeantur L. 5. de Fer. l. 2. & §.  
pr. l. 11. pr. C. de Fer. Hac tamen prohibitio cessat to-  
ties, quoties periculum in mora, & necessitas inde e-  
mergens aliud suadet l. 10. l. 3. in fin. C. de Fer. l. 1. c.  
de oper. libert. quia feriæ nemini damnum inferre de-  
bent, GAIL. l. 2. O. 44. n. 1. quæ necessitatis ratio quo-  
que facit, ut Arresta tempore nocturno impetrata ple-  
na gaudeant validitate, ut post PECK. cit. loc. n. 2. tra-  
dit BERL. p. 1. c. 74 n. 50. & CARPZ. in proc. tit. 21.  
art. 3. n. 1. nec hodie dubium est, Arrestum, existen-  
te jam concursu, peti posse, modo id fiat ante edicta-  
lem Creditorum sub poena præclusi citationem, & elab-  
oratum triplicis termini Saxonici, a tempore affixa citationis  
computandi spatium. Resolut. Gravam. de Auno  
1651. tit. von Justitiæ Sachen 2c. n. 10. vel ante  
factam Creditorum designationem CARPZ. in proc. cit.

*loc. n. 15. & 23.* Arrestum impetratum nuncius juratus Arrestato denunciat, & notificiat, & a tempore demum denunciationis suas vires ostendere incipit, CARPZ.  
*loc. laud. D. 2.* ut igitur constet, quo tempore Arrestum debitori sit notificatum, hujus nuncii relatio actis est inferenda, qua in parte non cuiuslibet, sed jurati tantum nuncii relationi fides habenda, WESENB. *in wff. de ius voc. n. 12.* adde, quod ord. proc. Sax. specifice talem requirat.

Judex, ut saepius dictum est, ad Arrestum non properare, sed antea merita causa discutere debet: Ut tamen constet, quibus in causis sine periculo tale concedat, nonnullas causas subjiciam. Concedit igitur Judex non cuilibet Creditori Arrestum, sed illi tantum, qui in periculo amittendi crediti versatur, & quidem, ( $\alpha$ ) ob fugam. **Chur-Pfälzisch. erneuertes / und verbessertes Land-Recht / erster Theil / tit. 35. 2. verbis:** Es wäre dann/ daß einer wegfertig/ oder flüchtig wäre in ein ander Gerichte sc. MENOCH. Remed. 5. adipiss. posse. Johann. Koep. D. 29. n. 16. ( $\beta$ ) ob intricata negotia, quibus facile ad incidentias redigi potest, COLER. P. E. p. 1. c. 2. n. 130. GOLD. sub rubr. de sequ. Consil 103. ( $\gamma$ ) Ob imminentem inopiam, HAMM. loc. cit. n. 18. BERG. econ. jur. l. 4. tit. 30. 3. ( $\delta$ ) Ob difficultatem conveniendi, l. 2. qui sattd. cog. ( $\epsilon$ ) quando cessante Arresto, supplicans coram judice extraneo, jus suum consequi nequit. **Chur-Pfälzisch. Land-Recht loc. cit. IV. verb. oder aber so ein Frembder unsern Unterthanen / und Hintersassen etwas schuldig wäre / und ihm an dem Orthe/ da der Beklagte/ und der Fremde**

de gesessen/ auf gebührlich Ansuchen Rechtens  
nicht gefüttet/ noch gehofften werden wolte.  
Ex quibus apparet, Creditori, qui via ordinaria, &  
commode suum creditum consequi potest, hoc bene-  
ficium non posse concedi, uti bene sancitum est in sa-  
pe alleg. **Chur-Pfälzischen Land-Recht.**

§. IV.

Finis Arresti Saxonici consistit in hoc, ut Arrestans per acquisitum jus reale, & pignus tacitum in bonis arrestatis, de credito, five prætenso, ejusque solu-  
tione securus reddatur, & mediante illo omnibus creditoribus posteriori hypotheca munitis præferatur. CARPZ.  
l. 4. R. 35. n. 5. Sed hic queritur, si duo forsitan credi-  
tores, quibus futurus circa bona alicujus debitoris con-  
cursus innotuit, existant, & Judex pro Arresto decer-  
nendo imploratus, unum ex his revertere jubeat, in-  
terim vero alteri Arrestum petenti statim concedat,  
quisnam eorum prælationis jure gaudere debet? Et  
quamvis inveniantur, qui posteriori adsunt, illorum tam-  
en sententiae, qui priorem esse afferunt, veritati vide-  
tur conformior. Eo ipso enim, quo Judex Creditori Arrestum flagitanti non denegavit, sed eum post cer-  
tum tempus adire jussit, censetur Arrestum concessisse,  
MÜNCH. c. 6. n. 8, potissimum, cum justa denegandi cau-  
sa sit destitutus, tunc enim in Judicis potestate non est,  
moras necere, sed ejusdem officio incumbit, ut Arrestum decernat, ne ex facto ipsius, quod alias vigilanti  
nocere non debet, C. 26. de R. 1. in 6to, in creditorem  
damnum retundet, illeque ansam arripiat, adversus  
Judicem actione ad interesse experiundi. MOLLER. l. 2.  
S. 44. n. 14. Quæ autem hic dixi, de Arresto Saxonico

B 3

intelli-

intelligi volo. Finis enim Arresti Juris civilis, ut in terris Palatin. Brunsv. Lüneb. Lübecens. & Hamburgens. potissimum in sequentibus consistit. (1) ne bona litigiosa alienentur, aut dissipentur, HARPR. Comm. ad insit. quib. m. tr. c. o. n. 62. (2) ut debitor extraneus abituriens agnoscat judicem alias incompetentem, atque coram eo item tractet, Chur-Pfälzisch. Land-Recht l. cit. Zellische Ober-Appell. Ger. Ordnung p. 2. tit. 16. §. 1. Hoff-Ger. Ordn. p. 3. tit. 2. §. 2. & seqq. Hamburg. Statt-Buch p. 1. tit. 17. art. 5. 13. BRVNN. proc. de Concurs. credit. c. 5. §. 49. Arrestum enim tribuit forum. STRYCK. annot. ad Colleg. Lauterb. ff. de judic. verb. petere. pag. m. 191.

## §. V.

Absolvitur Arresti forma (1) petitione, seu imploratione judicis, (2) debiti probatione, non requiritur tamen solennis quadam probatio, sed aliqualis demonstratio, prout vocabulum bescheinigen / quod tam in Ord. Torgav. de anno 1583, tit. von Arrest Sachen / wie derselbe zu verstatten verb und dann auch x. quam Zellische Ober-Appell. Ger. Ordn. invenimus, satis luculenter demonstrat, de quo vide quoque CARPZ. p. 1. c. 16. D. 16. n. 2. LYNCK. c. 3. d. 219. quæ demonstratio præsumtionibus, & conjecturis probabilibus, quas longa serie recensent PECK. de J. S. c. 16. MYNS. c. 4. obs. 97. expediri potest, sic, ut arbitrio judicis circumspeci relinquatur, an pro sufficientibus habenda sint, nec ne. COLER. P. E. p. 1. c. 2. n. 130. Interim tamen hæc probatio necessaria est, eaque omissa, totus actus vitiatur, nec postea addi potest, cuius Dnus LYNCKER. loco jam dicto exemplum exhibit; Quapropter Arrestans vel co-

piam

piam vidimatam obligationis, non vero ipsum origina-  
le, BERL. Decis. Aur. 107. BERG. Oecon. Jur. l. 4 tit. 30. 3.  
n. 2. vel juratam testis depositionem scripto adjungat.  
Antequam ulterius progrediamur, tres quæstiones ad-  
huc erunt enodandæ: (1) An hæc depositio, aut testes  
producti debeat esse jurati? (2) An ad probandum de-  
bitum juramentum admittatur? nec minus (3) An Reus  
vel Arrestatus exceptionem litis ingressum impedientem,  
puta solutionis, rei transactæ &c. Arrestantis conscienc-  
ti accommittere possit?

Ad præm quæstionis explicationem distinguitur:  
Aut unus, aut plures testes adsunt; Priori casu testis  
utique debet jurare, quod in Processu summariissimo et  
iam testi unico injurato nulla fides adhibetur, ION. PHIL-  
IPP. ad Decis. Elect. Sax. obs. 1. & 7. posteriori autem,  
pluribus testibus concurrentibus, injurati sufficiunt. Nec  
obstat opinio autumantium, testibus injuratis in nullo  
processu esse credendum: Hoc quidem in probatione  
causam ipsam decidenti concedimus, quando autem  
in preparatoriis saltem versamur, negamus. Multa e-  
nim in his permittuntur, quæ alias ob præjudicium inde  
emergens denegantur: Et vid. elegantissime differentem  
B. CARPZ. l. 2. tit. 2. R. 11. n. 6. 7. & l. 4. tit. 5. R. 38. n. 5.  
seqq. cui quoque assentiuntur, MEV. P. 4. d. 293. Ac-  
cursi, in L. fin. verb. deposit. C. de Edict. div. Adr. toll. NE-  
VIZ Conf. 8. n. 7.

Ad secundam quæst. respondetur affirmative, de  
qua vide uberiorius tractantem DAN. MOLLER. ad C. SAX.  
P. 1. C. SAX. p. 1. C. 29. n. 11. GAIL. L. 2. O. 44. n. 7. RVLAND.  
in tract. de Commissar. p. 4. l. 4. c. 6. incip. post sequestr.  
Licet in aliena ire videntur, IACOB. MENOCH. L. 2. arb.  
jud.

jud. quest. Cent. I. casu 87. n. 7. BERG. Ele<sup>d</sup>. disp. For. pag.  
 1736. scqq. Ad tertiam, iterum distinguimus inter Jus  
 Saxonum & civile; Illud juramentum non admittit,  
 CARPZ. p. I. c. 8. d. 15. DAN. MOLLER. l. 3. s. c. 36. bene  
 tamen hoc, uti prolixius, & optimis rationibus probat:  
 STRYCK. U. M. de jurejur. §. 28. quia, ubi ordinaria pro-  
 batio non prohibetur, juramentum quoque, ut species  
 ordinariæ probationis, admitti debet, BRVNN. P. Civ.  
 c. I. n. 54. Cum vero probatio per instrumenta, ut or-  
 dinaria, in processu Executivo haud rejicienda; certe  
 non video, qua ratione delationi Jurisjurandi super ex-  
 ceptionem renui possit, assentiente STRYCK. loc. cit. (3)  
 Requiritur, ut arrestum de una quaterdena, in aliam  
 bis renovetur, CARPZ. p. I. c. 29. d. 9. & l. 4. tit. 5. R. 35.  
 n. 9. in ultima renovatione (4) libellus Arrestatorius  
 cum Crediti specificatione ab Arrestante exhibeatur,  
 quod adeo stricte tenendum est, ut salva Arresti sub-  
 stantia terminum hunc anticipare, & prima statim re-  
 novatione libellum offerre licitum non sit BERLICH. p. I.  
 c. 74. n. 132. CARPZ. p. I. c. 29. d. 12. & l. 4. tit. 5. R.  
 35. n. 11. & 12. in Process. tit. 21. art. 4 m. 3. c. 3. c.  
 cum dilecta §. ult. X. de rescript. c. quia propter X. de  
 ele<sup>d</sup>. (5) & ultimo, pro citatione ad debitorem Arresta-  
 tum emittenda simul instandum, & hisce requisitis sub-  
 stantialibus non observatis, totus actus Arrestatorius  
 invalidatur, atque annullatur. CARPZ. l. 4. tit. 5. R. 35.  
 Pratz. Papp. in for. libel. quo pet. hered. ex test. in Vers.  
 pure. Longe aliud tamen obtinet jure communi, & in  
 judicii, ubi id viget, uti videre est ex observantia, nul-  
 lam requiri renovationem. HAIN. ad WESENB. tit. de  
 Priv. credit. obs. 9. g. VI.

## §. VI.

Ille, qui Arrestum petit, & cui id conceditur, est quilibet Creditor : Creditoris autem appellatione non is tantum venit, qui pecuniam credidit, sed omnis, cui ex qualibet causa debetur *l. 11. ff. de v. s.* nec interest, utrum debitum sit purum, an conditionale, & in diem, cum omnes, quibus hoc modo aliquid debetur, creditorum denominatione comprehendantur. BRUNN. *ad l. 42. de O. & A. l. 10. l. 54. ff. de V. S.* ANTON. HERING. *tract. de fidejuss c. 5. n. 45. Iason. in l. 22. de rebus credit. Petr. HEIGER. p. 2. q. 7. n. 98. & 99.* Adde, quod etiam debitor ante adventum diei, vel existentiam conditionis, justa ex causa conveniri possit, se veniente die, vel conditione existente esse solutum. *L. 12. qui satisd. eog. l. 8. de præt. stipulat.* CARPZ. p. 1. c. 28. D. 147. n. 9. BARTOL. *ad l. 14. de pign. & hypoth.* MENOCH. *remed. 5. adipisc. possess. n. 74.* Notandum vero ejusmodi creditorem, quamvis Arrestum, & mediante illo jus quoque prælationis præ cæteris posteriori hypotheca munitis impetrat, debitum suum conditio- nale, & in diem, ante diei adventum, conditionisque existentiam non acquirere, se reliquos Creditores debita pura habentes, auctoritate Judicis Arrestum relatare, & bona debitoris interim ad se recipere posse, præstata Cautione de satisfaciendo, & debito exsolven- do, si dies venerit, vel conditio extiterit; COLER. loc. cit. p. 2. c. 3. n. 116. Existimat tamen CARPZ. p. 1. c. 29. d. 30. audiendum esse Creditorem in diem (certum sci- licet, nam in incerto hoc fieri non potest) si interusu- rum temporis h. e. tantum, quanti debitoris, vel re- quorum Creditorum interest, debitum non statim fu- esse exsolutum, de tota summa sibi detrahi patiatur.

C

Hoc

Hoc Arrestandi jure præter Creditorem, illi quoque uti possunt, qui in locum, vel per successionem universalem, ut heres, vel singularem, ex titulo Domini translativo surrogati sunt, ut cessionarius. BRUNN. tract. de Cess. action. c. 4. n. 21. l. 1. §. ult. de nov. oper. nunc. CARPZ. I. 2. R. 36. n. 4. VASQUIS de success. Resolut. l. 1. §. 10. n. 30. aut alius, qui Chirographum, aliaque instrumenta debiti probandi concocta, b. f. possidet: BRUNN. loc. cit. n. 80. qui tamen de cessione legitime facta, vel alio justo titulo fidem facere debent. CARPZ. p. 1. Constat. 17. D. 33. n. 3. Licet enim alias sit præsumptio pro possessore, donec alius contrarium probet, L. ult. C. de R. V. L. 20. C. de patet. LAUTERB. Compend. de A. vel O. P. c. 5. X. de praefcript. & nemo tenetur allegare titulum suæ possessionis: L. 11. C. de hered. petit. l. 7. C. de Test. l. 4. C. de edendo. Hoc tamen præsenti in easu, quoad possessorem instrumenti exceptionem patitur. MEV. p. 8. D. 236. Fibig. in proc. pag. 46. arg. c. dudum X. de elect. Quid autem de possessore instrumenti, cui clausula: Allen getretien Briefs. Inhabern / inserta, censendum est? Ille quoque se esse tales, qualem se predicat, utique probare debet. LAUTERB. diss. de Procur. in rem suam th. 41. MEV. p. 4. D. 372. Porro vel ipse Creditor, vel alius ipsius nomine Arrestare potest, quod facere licet procuratori, modo speciale mandatum producat. CARPZ. p. 1. c. 74. n. 9. THOENNICK. Advocat. prud. sect. 4. n. 13. Roland. a valle consil. 43. vers. 10. Quoad mercatores, tradit laud. CARPZ. I. 4. tit. 5. R. 36. n. 4. 5. & 8. cum præjudicio, literas, mandatum Arresti impetracionem continentates, sufficere, etiam si extensio solennis in Charta blanca non accesserit. BERG. oeconomic. Jur. l. 4.

*l. 4. tit. 3. s. not. 11.* Ejusmodi tamen mandato speciali haud indigent, (1) persona conjunctæ, ob mandatum præsumptivum, modo illud cautione rati suppleant: quænam autem nomine conjunctarum personarum veniant, vide apud CARPZ. p. 1. c. 1. d. 29. *Ludov. Doctr.*  
*ff. tit. de Procurat. S. XII. LAUTERB. b. l. p. m. 66. l. 5. r.*  
*pr. ibid.* (2) Consortes litis, h. e., agentes in eodem bello, in eadem instantia, & coram eodem judice. (3) socius, quoties enim hic in bonis alicujus ob commune societatis debitum impetrat Arrestum, *L. 2. C. de cons-*  
*ort. ejusd. lit. toties commodum exinde in omnes con-*  
*socios redundat, quia quod socius agit, in commune*  
*agere videtur, L. 44. de ædit. Edit. MÜNCH. c. 5. n. 8.*  
*Sic quoque Arrestum ab uno fidejussore, in bonis prin-*  
*cipalis debitoris, impetratum, prodest cæteris fidejussoribus,*  
*modo hi illud ratum habeant. Ord. Proc. SAX.*  
*verb. da aber ihrer 10. Oder mehr sc.*

## §. VII.

Arrestum recipiunt bona debitoris propria, PECK.  
*de J. S. c. 4. n. 18.* five mobilia five immobilia, corporalia, & incorporalia, arg. *l. 4. C. quæ res in pign. obli-*  
*gari* & *c. l. 11. §. 2. de pign.* STRUV. *Exercit. J. C. th.*  
<sup>26.</sup> *§. 17. præsentia, & futura, in tantum, ut id quoque*  
*Creditor, quod debitori suo aliis debet, arrestare pos-*  
*sit: BERL. p. 1. c. 74. n. 28.* Quamvis enim hic Credi-  
*toris debitor proprie non sit, cum secundum tritam*  
*juris regulam conventiones cum persona aliqua inita,*  
*ad aliam porrigi nequeant, arg. l. 47. §. 1. de R. J. l.*  
<sup>19.</sup> *& 20. pro soc.* interim tamen nihil prohibet, quo  
*minus creditor Judicem debitoris sui debitoris adire, &*  
*ab eo Arrestum petere possit l. 49. & 21. de V. S. PECK.*  
*de J. S. p. 2. c. 3. m. 408. de qua materia vid. fusius tra-*

Quamvis Coccej, *jur. controv.* de A. & O. q. 7. Ceterum nonnullæ dantur res, quæ Arrestum proflus respuunt, idque vel ex sua natura, vel ex speciali privilegio. Ex sua natura Arrestari nequeunt, (1) res alienæ, quippe in quibus Arrestans citra voluntatem Domini, nil juris consequi potest. *l. 11. de R. l. 20. pr. de pign. alt.* (2) feudum: Quamquam enim Vasallo præter jus utendi, fruendi, utile dominium quoque in re feudali competit, exinde tamen non sequitur, quod arrestum in ea valide impetrari queat, cum non sufficiat hac in parte minus plenum, revocabile, & quasi dominium, quale Vasallo competit, sed requiritur plenum, irrevocabile, & verum: *l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* Cui accedit, quod factio illius Agnatorum conditio sine eorum consensu, deterior redi nequeat, *z. F. 8. §. 1.* hoc autem per arrestum contingere, non est, quod ambigamus, limitationem tamen præmissa admittunt, in fructibus ex feudo perceptis, horum enim Vasallus plenus jure Dominus efficitur. *arg. z. F. 45. Curt. Jun. de feud. p. 4. n. 106. BORCH. de feud. c. 8. n. 38. GAIL l. 1. O. 117 n. 7.*

Ex speciali juris favore arresti vim excludunt (1) bona ad debitoris alimentationem destinata, BERL. *p. 1. C. 74. n. 44. MEV. p. 3. D. 194. l. 33. & 39. de reb. aut. Judic. possid.* (2) stipendia studiosorum, quæ leges nostræ maximo favore dignantur, adeo, ut non piæ modo cause, TIRAQV. de priv. piæ cause in fin. sed etiam alimentis æquiparentur, uti post ARETIN. *Conf. 97.* tradit WESENE. Conf. 80. n. 7. COLER. de P. E. pag. 2. 6. 3. n. 122. BERL. *p. 1. Conc. 74. n. 45.* Sed quid de libris studiosorum dicendum, potestne in his arrestum valide impetrari? Negant id SCREIDVV. ad S. item Serviana, *Instit. de act. n. 43.* STRAVCH. ad Jus Just. *dissert. 28. §. 14.* aliquie quam plu-  
rimum,

rimi, ut GAL. obf. L. 2. 25. n. 6. & per l. penult. ad exhibend. JASON ad §. item Serviana n. 67. Inst. de act. Affirmant verò MÜNCH c. 8. n. 12. COLER. P. E. pag. 2. c. 3. n. 148. JOH. SICHARD. ad rubr. C. de pign. & Hypoth n. 18. & qui his subscriptibunt non pauci, sub hac tamen limitacione, arrestum regulariter quidem, & existentibus aliis rebus, in libros studiosorum minime concedendum esse, quamquam in subsidium, & ubi studiosorum debitorem alia res destituant, nec hi arresti fulmen declinari possint, quorum sententia in praxi observatur. CIRPZ. p. 1. c. 29. D. 31. arg. l. stipend. Cod. de execut. rei judic. CHEMNIT. loc. cit. p. m. 36. n. 203. quam assertionem (3) etiam extendunt ad equos, armaque militum, nec non instrumenta agriculturæ. MÜNCH. c. 9. n. 14. auth. agricultores C. que res pign. obligari &c. ibique Brunn. (4) Salaria Profesorum, & Advocatorum. MEV. p. 8. D. 271. & D. 430. THOENNICK. Sedz. 6. n. 90. (5) Salarium femestre, viduæ, ac liberis ex speciali gratia ordinatum, CARPZ. jurisprud. Consist. l. 1. D. 242. (6) Res in nundinis solennibus a mercatoribus exposita, iis durantibus, à civibus illius loci non sunt arrestanda. CARPZ. C. dict. 30. D. 23. bene tam a mercatoribus, qui ibi cum arrestando contraxerunt, ANGEL. ad L. 3. de judic. Francofurti ad Moenum vero, quicunque contra quoseunque, omni tempore tam in nundinis, quam extra illas, arrestum ex speciali privilegio extrahere possunt. test. HAMM loc. supra cit. n. 8. (7) pecunia, quæ vulgo vocantur Lotterie-Gelder, inde etiam schedulis semper hæc verba annexuntur: Soll kein Verbott / noch Arrest auff die Lotterieo Gelder gelegt / noch angenommen / sondern einem jeden x. das Geld so gleich ausgezahlet werden.

Dixi antea de effectu Arresti juris Saxonici, restat adhuc, sequentia addere. Arrestans non solum ob causa causam, propter quam arrestum impetravit, sed etiam ob aliam ius arresti exercere valet: arg. L.un, C. etiam ob chirog. quæ lex. quamvis de pignore conventionali loquatur, justa tamen interpretatione ad Prætorium quoque judiciale, ac legale extenditur: CARPZ. Proc. tit. 21. art. 5. n. 30. BRVNN. addit. L.un. Ideo si quis ob modicam summam arrestum factus est, & postea aliis Creditor, cui debitor credito obstritus est, id priori cessit, cessionarius non solum in illa summa, pro qua arrestum ipsi concessum est, sed etiam in residuo eo utitur. BERL p. 1. C. 74. n. 153. Similiter rem arresto notatam, alienatam revocare potest. ZANG. p. 1. c. 2. n. 268. Sed queritur, si debitor, qui posteriori arrestanti rem aliquam in solutum dedit, postea solvendo esse desinit, an prior illam repetere possit? ad hujus questionis facilitatem decisionem sequentes distinctiones sunt præmittendæ; aut enim (1) prior, generali arresto omnia debitoris bona affecit, aut speciali certa quedam tantum, (2) Res arrestanti posteriori in solutum data, aut comprehenditur sub illo speciali arresto, aut non. (3) Haec res aut exstat, aut est consumpta, & illud (4) factum est bona, vel mala fide. Si generali arresto, tunc cum hoc omnia bona, immobilia, & mobilia afficiat, dubium non est, priorem artestantem, rem posteriori in solutum datam, si adhuc adegit, vel mala fide consumpta est, quia hoc in casu intellectu juris pro existente, & ille, qui possidere desit, pro possessore habetur. L. 27. §. 3. L. 26. pr. de R. V. L. 50. L. 157. §. 1. de R. I. revocare posse; Juri enim reali, & hypothecario prioris arrestantis in rebus artestatis, per posteriorem præjudicari

judicari nequit, cum hic obtineat regula Juris trita: Qui prior tempore, potior Jure, L. i. & L. ii. qui pot. in pignor. c. 54 de R. I. in 670. Si autem bona fide res consumpta est, Doctores jam dudum contentionis serram inter se reciprocatur, utrum ille, cui res in solutum data est, conveniri posse, ut rei estimationem praestet: sane in maximo circa hanc questionem dissensu sine periculo vix aliquid certi afferere licet, arg. l. 136, de R. I. l. 22. c. de R. V. interim tamen affirmatum sententia proxime a veritate abesse videretur. Licet enim arrestans prior actione hypohecaria, utpote reali, adversus posteriorem, qui rem b. f. accepitam consumpsit, experti non queat, cum re perempta simul petitus jūs in re, arg. quæ dixit CARPZ. p. l. D. 12. LATVERB. Compend. jur. quibus mod. pign. vel hypoth. solv. in fin. tamen condicō in l. 22. §. 5. C. de jur. delib. fundata, deneganda non est, cuius beneficio rei estimationem consequitur, quæ sententia in foro recepta est, ut sub limitatione in mercibus &c. Commercii causa, restantur, HART. PIST. p. 3. q. 2. n. 19. CARPZ. p. l. c. 28. D. 180.

## CAP. IV.

**H**actenus consentanea arresti tractavi, restat ut dissentanea quoque, seu modos, quibus legitime impletatum, legitime relaxatur, perlungrem, inter quos (1) est solutio, pr. ins. quibus mod. toll. oblig. quomodo autem vox solutio accipiatur, & qualis liberet, demonstrat ZANGER de Except. p. 3. c. 1. (1) idonea cautio in securitatem crediti praesita, COLER. P. E. p. 3 c. 11. n. 93. PECK, loc. cit. c. 43 ea autem deficiente, reus, si integræ vita, ac famæ sit, admittitur quoque juratoria. HARP. Comment. initit, ad tit. quibus m. r. c. obl. n. 169. salvo, ac illibato

tamen

tamen prælationis jure. Si vero arrestum vitio, & nullitate laborat, ad instantiam rei sine cautione relaxatur, LYNCK. c. 3. D. 219. ibique præjudicium. Quoad differentias inter sequestrum, & arrestum refero me, brevitatis studio, ad COCCETI jus controv. tit. depositi, vel contra, ubi haec sunt explicatae.

Tantum de aresto habita instituti ratione, dixisse sufficiat. Quamvis enim hic inde nonnulla notata digna emergant, huic tamen materiæ, propriet penuriam temporis, anchoram hic figens, Deo actionum nostrorum moderatori pro concessis viribus devotas decerno gratias, & cum eo, ut ceperim, ita quoque

F I N I O.

---

### C O R O L L A R I A.

**V**Ajallus nequidem cum consensu Domini directi, in præjudicium Agnatorum, fendum neque alienare, neque ei renunciare potest.

Minor cum jurejurando contrahens, & rem alienans, enormiter lesus, non obstante, c. quamvis de pact, in 6to & auth. sacramenta Puberum C. si advertit, vendit, restitucionem petere potest.

Fidejussor solutionem sub jurejurando promittens, exceptione Excussionis, non obstante, c. ex Rescripto, de jurejur. in 6to non est privandus.

Filius in divisione paterna bonorum realiter facta, praterius, non utitur querela nullitatis.

In crimen homicidii pena secundum habitam intentionem, & animum delinquentis determinatur.

Probato animo occidendi, & in filio gravi vulnere, rigor juris Civilis imponit pœnam ordinariam, morte etiam non secura.

Marburg, Diss., 1725-30

f

ULB Halle  
004 165 535

3



5b.





G.26.annex. No. 13  
DISPVATATIO JVRIDICA INAVGVRALIS,  
DE  
**ARRESTO REALI,**  
QVAM  
DEO PRAESIDE  
EX DECRETO  
AMPLISSIMI ET EXCELLENTISSIMI  
JVRISCONSVLTORVM ORDINIS  
IN ACADEMIA MARBURGENSI ILLVSTRI,  
Pro LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA  
RITE OBTINENDI,  
PROCERVM ACADEMICORVM  
EXAMINI ET DISQVISITIONI  
SUBMITTIT  
JOH. CHRISTIAN. WACHTER,  
CONSILIARIUS AVLICVS PALAT.  
AD DIEM SEPTEMB. MDCCXXVII.

MARBVRGI CATTORVM,  
TYP. PHILIPPI CASIMIRI MULLERI, Acad. Typod.

KENFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALLE